Ecclesiæ ad Se. Ap. destinarunt, super Postulatione sua dispensationis gratiam petituros.]

[[s] *Cum ergo utriusque Partis Nuntii ad Se. Ap. pervenissent, ii qui pro Quinqueecclesien. Episcopo venerant, proponebant Partem suam juxta Mandatum Apostolicum processisse; nec obstare discordiam vel contradictionem eorum, qui juxta formam Mandati nostri procedere contemnentes, illo recepto nec elegerant quemquam canonice, nec concorditer postulavant. Unde concors debebat eorum Postulatio reputari, cum ceteri tamquam Jussionis Apostolicæ contemptores eligendi ac postulandi se jure privassent, dum nec postulare, nec eligere voluerint, imò nec etiam ad Capitulum venire. Ad hæc autem poterat responderi, quòd illi qui Colocen. Archiepiscopum postulavant, formam secuti fuerant per nostras Literas datam; quoniam innitentes priori Postulationi juxta tenorem priorum Literarum nostrarum Partem concordem fecerant, quæ prius discors fuerat, dum Suffraganeos ad concordiam revocarunt.*]

[[s] *Poterat quoque addi, quòd Pars altera Mandatum Apostolicum non servavit, utpote quæ nec Postulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarat; cum in majori contradictione quàm prius non solum Canonicorum, sed Suffraganeorum, etiam ipso Rege adversæ Parti favente, prædictum Quinqueecclesien. Episcopum postulasset. Auditis igitur his & aliis, quæ fuerunt hinc inde propositа, & habito super his cum Fratribus nostris diligenti tractatu,*]

¶ PITH. [9] *Originem.*] *Originaires preferez aux Etrangers.*

[10] *Vitrienſi.*] *Nitrienſi*, F. Bonfin. 277.

[11] *Veſprin.*] *Vatienſis*, *Veſprumenſis & Nitrienſis.*

V. INNOCENTIUS III. Capitulo Strigonenſ. [c. an. 1211. *Romæ in Hungariam.*]

Postulatio, contra quam agitur de contempto, potest sine præjudicio alicujus rejici; potest tamen de speciali gratia admitti. Hoc dicit.

[y] *Cap. 5. eod. tit. in* III. *Compil.*

POstulationem [y], quam celebrastis. *Et infrà.* Licèt ergo per Postulationem hujusmodi, nullum jus sit alicui acquisitum, ideóque sine præjudicio alicujus Postulationem potuissemus repellere memoratam: ut tamen vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus providendum, quòd per Procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, nostro vos conspectui præsentetis, quatenus utraque Parte præsente, quod justum fuerit, decernamus.

[z] *al.* Caritanenſi. *in aliis* INNOC. III.

VI. HONORIUS III. Cap. Calaritano [z]. [c. an. 1220. *Romæ in Sardiniam.*]

Episcopus non est eligendus ad aliam Dignitatem, sed postulandus.

ETsi unanimiter vota vestra concurrerint ad Sutrien. Episcopum in Ecclesiæ vestræ Archiepiscopum eligendum, cùm suæ alligatus Ecclesiæ liberum non habeat [a] fine nostra permissione volatum, electionem de ipso factam, tamquam contra Canones [b] minùs licitè attentatam, de Fratrum nostrorum consilio duximus irritandam, cùm eligi nullo jure potuerit, sed potiùs postulari. *a*

[a] *In antiq.* liberum non habeat ad aliam, ſine, &c.

[b] Contravenire canoni eſt peccatum, *in cap. 2. & cap. illud. de major. & obed.*

[*a Volentes tamen, quantùm cum Deo possumus, vestris desideriis concurrere benigno favore, dil. fil. Subdiacono & Capellano R. nostris Ap. Se. Legatis duximus injungendum, ut & vota vestra circa ipsum exquirant, & personæ merita vice nostra examinent diligenter, eumdem ad nos cum literis rei veritatem continentibus destinando, ut si idoneus repertus fuerit, disponente Domino, & ipsi in Ecclesia, & in ipso Ecclesiæ vestræ utiliter provideatur.*]

DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

TITULUS VI.

[a] *Codices hic variant: nam quidam* PIUS, *alii* ALEXANDER.

I. LUCIUS [1] Papa [a] [fortè I. an. 256. *Romæ.*]

Ecclesiæ Collegiatæ non debet provideri de Prælato per collationem seu provisionem, sed per electionem canonicam fiendam per ipsum Collegium. Hoc dicit. *Abbas.*

[b] *Cap. 1. eod. tit. in* I. *Compil.*

NULLUS [b] in Ecclesia, ubi duo vel tres fratres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica, Presbyter eligatur, [*Et infrà a.*] Si verò aliter quis Ecclesiam adeptus fuerit, eò quòd per cupiditatem illam acquisierit, atque contra canonicæ regulæ disciplinam egerit, expellatur.

[*a Et eisdem convocatis, etiam Parochianis, atque in unum consentientibus.*]

¶ PITH. [1] *Lucius.*] Masson 270. *in Phlipp.* Crantzius *Metrop.* 7. 45.

II. EX CONCILIO SARDICENS. [c] [an. 347. *in Dacia.*]

[c] Conc. Sardic. *can.* 2. Burch. *lib.* 1. *Decret. c.* 19. Ivo, p. 5. c. 73.

Electus ad clamorem Populi, non debet per superiorem confirmari.

OSius [d] Episcopus dixit: Si quis ita temerarius extiterit, ut talem excusationem afferens asseveret, quòd literas Populi accepit, cùm sit manifestum potuisse plures eorum, qui sinceram fidem non habent, præmio & mercede corrumpi, ut clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem (nisi de hoc pœnituerit) talis accipiat. Si verò omnibus placet, statuite. Synodus respondit, Placet.

[d] *Cap. 2. eod. tit. in* I. *Compil.*

III. GREGORIUS III. [e] [imò I. a. 600. *Romæ in Campaniam.*]

[e] *al.* GREGOR. IX. *& malt. Gregor. lib.* 8. *Epist.* 18. *Registri.*

Electio canonica confirmanda est; debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conversatione & vita Electi, ubi fuit conversatus.

POstquam. *Et infrà.* Confirmationem [f] petentium desideria, si nihil est quod Electum impediat, impleantur. Cujus vita vel actus, quia melius possunt, ubi est conversatus, cognosci, inquirantur ibidem.

[f] *Cap.* 11. *eod. tit. in* I. *Compil.*

IV. PASCHALIS [fortè II. Panormitano [2] [g] Archiepiscopo. [an. 1102. *Romæ in Siciliam.*]

[g] PAPA Toletano. *al.* Palarm. Arch. *al.* Polemenſi Arch.

Electo in Archiepiscopum Sedes Apostolica Pallium non tradet, nisi prius præstet fidelitatis & obedientiæ juramentum.

SIgnificasti Reges [3] [h] & Regni Majores admiratione permotos, quòd Pallium tibi ab Apocrisariis [i] nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod à nobis scriptum detulerant, exhiberes. [*Et infrà α.*] Mirentur in hac causa Dominum nostrum Jesum Christum, qui cùm ovium suarum curam Petro committeret, conditionem posuit dicens [k]: *Si diligis me, pasce oves meas.* Si conscientiarum factor, & cognitor secretorum, conditione hac usus est, nec semel tantùm, sed & secundò, & usque ad contristationem: qua nos solicitudine oportet tantam Ecclesiæ præfationem imponere Fratribus, quorum conscientias non videmus? Aiunt omne jusjurandum à Domino esse prohibitum [l], nec ab Apostolis post Dominum, nec in Conciliis inveniri posse statutum. Quid est ergo quod Dominus subsequenter ait [m]: Quod ampliùs est, à malo est? Hoc enim ampliùs ut exigamus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum est ab Ecclesiæ unitate, & à Sedis Apostolicæ obedientia refilire, & contra Canonum statuta prorumpere? quod multi etiam post sacramentum præstitum præsumpserunt. [*Et infrà β.*] Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur juramentum pro fide [n], pro obedientia, pro unitate requirere. Aiunt in Conciliis statutum non inveniri, quali Romanæ Ecclesiæ Legem Concilia ulla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romani [o] Pontificis autoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur autoritas: [*Et infrà γ.*] † Cùm igitur à Sede Apostolica vestræ infignia Dignitatis exigitis, quæ à Beati Petri tantùm corpore assumuntur, justum est ut vos quoque Sedi Apostol. subjectionis debitæ signa solvatis, quæ vos cum Beato Petro tamquam membra de membro habere, & Catholici Capitis unitatem servare declarant.

[2] *Reges.*] Petrus Blesensis *Epist.* 10. Rogerium & Bohemandum scilicet Reges. Sigebert. ann. 1148. 1157. Florus Historiarum Appendix Catalog. 17. Antonin. in Innocent. III. 88. §. 1.

[h] *Cap. 21. eod. tit. in* I. *Compil.*

[i] Apocrisarius dicitur *Responsalis*, ἀπὸ τοῦ ἐρωτᾶν, *respondeo.* Justin. *Nov.* 25. *Joan.* 21.

[l] *Matth.* 5. Hic fuit error Valdensium. Eymericus *in Directorio part.* 2. *q.* 14. & 17.

[m] Concor. text. in *Authen. ut jud. sine quoq. Suf. §. consideravimus. in Glos. illicito.*

[n] Vide B. Thomam 2. 2. *q.* 89. *art.* 1. & Sot. *lib.* 8. *de Just. & Jur. q.* 1. *art.* 2. ubi licitum esse jurare verum ostendit.

[o] *antiqui* Romanum Ecclesiæ.

[*β Nonne prædecessor tuus præter Rom. Pontif. conscientiam damnavit Episcopum? quibus hoc Canonibus, quibus hoc Conciliis legitur esse permissum? Quid super Episcoporum translationibus loquuntur Decreta, quæ apud vos non autoritate Apostolica, sed nutu Regio præsumuntur? propter hæc mala & alia devitanda hujusmodi juramentum exigitur. Cur autem Dominus juramentum prohibuit, Apostolus Jacobus manifestat adjiciens, ut non sub judicium incidatis; nec quisquam, sicut Beatus Augustinus exposuit, consuetudine jurandi ad perjurii consuetudinem dilabatur. Quapropter juratione non utatur, nisi necessitate; cùm videt pigros homines esse ad credendum, quod eis utile est credere, nisi juratione firmetur.*]

[*γ Et ita possunt Apostolicam Sed. contemnere, possint apud nos calceaneum elevare; & datum à Deo privilegium evertere vel auferre non possunt, quo Petro dictum est:* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Eccl. meam, & tibi d. cla. re. cælorum. *Quibus tamdem Conciliorum Decretis dandi Pallium modus præscriptus est, & professionis vel obedientiæ ordo sancitus?*]

¶ PITH. [2] *Panormitano.*] Leg. *Colonienſi.*

[3] *Reges.*] Petrus Blesensis *Epist.* 10. Rogerium & Bohemandum scilicet Reges. Sigebert. ann. 1148. 1157. Florus Historiarum Appendix Catalog. 17. Antonin. in Innocent. III. 88. §. 1.

[p] In Conc. Lat. *tit. de elect. & Electi pot. c.* 2.

V. ALEXAND. III. Pet. [4] Presbytero Card. Apostolicæ Sedis [p] Legato. [an. 1179. *Romæ in Istriam.*]

Si Schismaticus, ad unionem Ecclesiæ reversus, eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

QUia Diligentia tua requisivit, an electionem Electi, qui abjurato schismate [q] ad unitatem Ecclesiæ rediit, debeas confirmare: duximus respondendum, quòd si à Schismatico nullum Ordinem susceperit, & ejus electio, secundùm formam Canonum fuerit celebrata, eum (dummodo alia non impediant) dispensativè permittimus confirmari. Mandantes, ut eum facias à Catholicis Episcopis Suffraganeis Aquileiens. Ecclesiæ in Episcopum ordinari, salvâ debitâ justitiâ, & reverentiâ ejusdem Ecclesiæ, cùm ad Catholicam redierit unitatem.

[q] Adde Schismaticum de JureCivili debere suspendi. Text. est, & ibi Bald. *c.* 1. *responso de pace jur. fir. col.* 10. & rediens ad Ecclesiam abjuret. Turrecrem. *de Eccl. lib.* 4. *p.* 1. *c.* 15.

¶ PITH. [4] *Petr. Presbytero.*] al. *Joanni.* Centur. 12. 1411. 1433. Albert. Stad. 195. Chron. Sclavor. 108.

VI. IDEM ex Concilio Lateranensi [r] [s]. [an. 1179. *Romæ.*]

Electus in Romanum Pontificem à duabus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante est Papa. Electus autem à minori numero, gerens se pro Papa, incidit unà cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.

LIcèt [r] de [6] vitanda discordia in electione Romani Pontificis manifesta satis à præ. no. Constituta manaverint: quia tamen sæpè post illa per improbæ ambitionis audaciam gravem passa est Ecclesia scissuram; nos etiam ad malum hoc evitandum, de consilio Fratrum nostrorum, & sacri approbatione Concilii, aliquid decrevimus adjungendum.

§. 1. Statuimus ergo, ut si fortè (inimico homine superseminante zizaniam) inter Cardinales de subtituendo Summo [7] Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare; ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus electus fuerit & receptus.

§. 2. Si quis autem de tertiæ partis nominatione consisus, (quia de ratione esse non potest [8]) sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quàm hi qui eum receperint, excommunicationi subjaceant, & totius sacri Ordinis privatione mulctentur, ita ut Viatici etiam eis (nisi tantùm in ultimis) communio denegetur: & si non resipuerint, cum Dathan & Abiron (quos terra vivos absorbuit) accipiant portionem.

§. 3. Præterea si à paucioribus quàm à duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apostolatûs officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis Constitutionibus & aliis Ecclesiis præjudicium generetur, in quibus majoris & sanioris partis debet sententia prævalere: quia quod in eis in dubium venerit [t], superioris poterit judicio definiri. In Romana verò Ecclesia speciale aliquid constituitur, quia non poterit [9] ad superiorem recursus haberi [10].

[t] intervenerit.

[r] *Cap.* 3. Conc. Later.

[s] *Lateranenſi.*] Incert. Auctor post Radevic. 760. Favebat Frederico Radev. *lib.* 2. *p.* 60. 62. 71. *& lib.* 4. *p.* 54. G. Neubrig. *lib.* 4. Onufr. ad Platin. *in Luc. III.*

[6] *De.*] Leg. *pro.*

[7] *Summo.*] Leg. *Romano.*

[8] *De ratione esse non potest.*] Leg. *rem habere non potest.*

[9] *Non poterit.*] Add. *de electione Episcopi.*

[10] *Haberi.*] Leg. *fieri.*

¶ PITH. [5] *Lateranenſi.*] Incert. Auctor post Radevic. 760. Favebat Frederico Radev. *lib.* 2. *p.* 60. 62. 71. *& lib.* 4. *p.* 54. G. Neubrig. *lib.* 4. Onufr. ad Platin. *in Luc. III.*

[6] *De.*] Leg. *pro.*

[7] *Summo.*] Leg. *Romano.*

[8] *De ratione esse non potest.*] Leg. *rem habere non potest.*

[9] *Non poterit.*] Add. *de electione Episcopi.*

[10] *Haberi.*] Leg. *fieri.*

In Dignitatibus & Officiis citra Episcopatum, ac Curatis Beneficiis, debet assumendus vigesimum quintum annum attigisse, & aliàs esse idoneus scientiâ & moribus: & si non est in Ordine requisito, debet se facere promoveri in proximis temporibus, aliàs monitus non parens, privatur Beneficio nonobstante appellatione, nisi ex causa legitima excusetur. H. d. usque ad §. *Clerici.* Abb. Siculus.

§. 2. Inferiora etiam ministeria, ut puta Decanatum, Archidiaconatum, & alia quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec Parœcialis Ecclesiæ regimen, nisi qui jam vigesimum quintum [a] annum ætatis attigerit, & scientiâ & moribus commendandus existat. Cùm autem assumptus fuerit [11], si Archid. in Diaconum; & Decanus, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à Canonibus tempore in Presbyteros ordinati: & ab isto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint & possint illud convenienter implere. Nec prosit eis appellationis refugium [b], si fortè in Constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri. Hoc sanè non solùm de promovendis, sed etiam de his, qui jam promoti sunt, si Canones non obsistant [c], præcipimus observari.

[a] Vide Conc. Carth. *c.* 16. & Bure. *lib.* 2. *Dec. c.* 10. 11. & 12.

[b] Vide *l.* 1. §. *quæsitum. cum ibi not. ff. de appel.* & Glos. *in c. non solùm. de appel. lib.* 6.

Eligentes indignum contra formam hujus Cap. privati sunt pro prima vice potestate eligendi: & idem in Collatore: & defectum Capituli supplet Episcopus, & è converso: & si Capitulum negligit, sit devolutio ad Metropolitanum. H. d. usque ad finem.

[c] Concord. text. *in l. privilegia. C. de sacrosanct. Eccl. & c.* 1. *de Constitut.*

§. 3. Clerici sanè si contra formam istam quemquam elegerint; & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis Beneficiis triennio noverint se suspensos. Dignum est enim, ut quos Dei timor à malo non revocat, Ecclesiasticæ saltem coërceat severitas disciplinæ [d]. Episcopus autem si contra hæc fecerit, aut consenserit fieri; in conferendis prædictis Officiis & Beneficiis potestatem amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum (si Capitulum concordare nequiverit) ordinetur [e].

[d] Concord. text. *in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. l. bona fides. ff. de pœnis.*

[e] ordinentur *in Concilio unde sumitur.*

¶ PITH. [11] *Cum assumptus fuerit.*] Additur in authentico: *Cum assumptus fuerit non minor* XXV. *annis, qui nec Diaconus nec Presbyter erat, in Archidiaconatum, vel Decanatum, vel in aliam curam animarum, si electus sub Archidiaconus intra præfinitum tempus non fuerit factus Diaconus, vel si Decanus electus & reliqui non fuerint infra legitimum tempus facti Presbyteri, quantumpis licèt monitipriùs, ut se Presbyteros facerent, vel Archidiaconus assumptus, ut se Diaconum faceret: nam monendi prius sunt, quàm removendi.*

VIII. IDEM Ravennati Archiepiscopo. [an. 1179. *Romæ in Flaminiam.*]

Compromittentes super electione, tenentur recipere Electum à Compromissario, si est idoneus.

CAusam, quæ [f] inter Moniales Sanctæ Margaretæ, [*Et infrà α.*] Si Sorores in Episcopum electionem contulerint, promittentes quòd illam, quam eis [g] provideret, reciperent, ipsam quam providerit, facias ab eis (si tamen existat [h] idonea) in suam recipi Abbatissam.

[f] Post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part.* 40. *c.* 1. & *cap.* 17. *eod. tit. in* I. *Compil.*

[*α Super discordia & dissensione electionis quam fecerunt, dignoscitur agitari, experientiæ tuæ jampridem commissimus terminandam. Unde, quoniam causa ipsa in tantum protrahitur, & nondum, sicut accepimus, processisti, & periculosum & damnosum est Monasterio, eò quòd causa ipsa in tantum protrahitur. F. t. p. a. S. m. q. infra dies* XL. *vel duos menses aut plus secundum tenorem aliarum nostrarum Literarum in eadem causa procedas, ita videlicet quòd*]

[g] *al.* ita: quam

[h] Nam dantes aliqui potestatem, videntur intellexisse de idoneo. Facit *l. si procurator. ff. de cond. ind.*

IX. IDEM Vvigorensi Episcopo [i]. [an. 1179. *Romæ in Angliam.*]

[i] *al.* Exonien.

Electus ante confirmationem Beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

NOsti [k] quomodo Linconen. Electus [12] concedendi Honores vel Præbendas, aut aliàs disponendi de rebus Ecclesiæ (cùm sua non sit electio confirmata) non habeat facultatem: [*Et infrà α.*] † Mandamus igitur quatenus ei autoritate nostra præcipias, ut concessionem, si quam fecit de prædictis, studeat revocare.

[k] Post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part.* 40. *can.* 2. & *cap.* 18. *eod. tit. in* I. *Compil.*

[*α Inde est quòd F. t. per a. s. præ. ut prædicto Electo ex parte nostra non differas archius inhibere, ne Archidiaconatum de Norbenter* [15]*, vel Præbendam quam V. o. ejusdem loci Archidiaconus tenuit, alicui conferre præsumat, & si eumdem Archidiaconatum vel Præbendam cuiquam, quòd non arbitramur, concesserit,*]

¶ PITH. [12] *Linconen. Electus.*] Matth. Paris. 175. 180. de Episc. Cantuar. *pag.* 124. 130. Westmonast. 52. 56. Sigebert. ann. 1174. Neubrig. 156.

[13] *De Norbenter.*] *Norhanton* V. 549. 594.

X. IDEM. [c. an. 1174. *Romæ in Angliam.*]

Electio facta post appellationem, & primò non cassata, & contra privilegia Ecclesiæ, cassanda est.

[l] *Cap.* 22. *eod. tit. in* I. *Compil.*

COnsideravimus [l] quòd electio Joannis Frontini [14], post appellationem ad nos [m] interpositam, & contra tenorem privilegiorum Ecclesiæ vestræ fuerit celebrata. Perpendimus etiam, quòd electio B. post illam qualemcumque electionem non [n] cassatam, necnon & post appel.

[m] *Hæc duo verba*, ad nos, *desunt in antiquis.*

[n] *al.* nondum.